213 Quarto arguit idem Author tum à priori, tum à simili, tum ab inconvenienti posse dari speciem universalem in representando saltem respectu singularium, à priori quidem, qui non repugnat ad eum obiectum aliquius speciei contrarie plura individuali, & attributa sunt plura, & vnumquodque distinctam habet concepitabilitatem, sive realiter, ut personæ realiter distinctæ, sive modaliter, sive formaliter; ergo dari potest species, unica tot obiecta inveniatur distincte representans, cur non dari potest similis species in ordine ad obiecta creata. Confirmatur ad eum species illa unica representans plura, ut representant paternitatem, filiationem, & spirationem utramque ad eum distinctæ, ut principium unius nequeat esse principium alterius, quia ex illis de facto componitur, aut in illa divisibilis est, sicut unus mons, aut camulus, aut donus ex pluribus individuali confit, scilicet ex pluribus lapidibus, aut granulis terra lignis, & arboribus, que omnis unica species representans, nam & unica visione à nobis videtur, etiam cum distinctione, & non confusè attinguntur; quis enim dicat, non posse unica visione videtur mons aut campum, qui ante oculos est ubi continent plures arbores, animalia, homines, simulacra distinctione videtur, & singulorum actiones proprietasne notantur? Deinde à simili, quia non repugnat unam potentiam, unum habitat, & unum actum vertari circa plura, & varia individualia; ergo neque repugnat unam speciem representare plura, patet consequentia, quia representatio non minus adiungit potest ordinari ad obiecta, quā virtus, vel potentia, sicut enim plura obiecta adiunguntur possunt in aliqua ratione formalis, ut attingantur sub illa aliq. virtute, vel potentia, ita adiungari possunt sub aliq. intelligibilitate seu ratione intelligibili, ut represententur. Denique ab inconvenienti, quia si quodlibet singulariter indigetur sua specie, deberent in infinito multiplicari in Angelos, quia infinita individuali sunt possibilia, & de facto per totam extensitatem infinitæ erant operations hominum, & Angelorum; Tum etiam, quia adiungit cognoscendum unum, & idem individualum non sufficit unica species, quia etiam contingit in eodem individuo concurrent diverse accidentia, variæque operationes, quorum singula singulariter indigent species, ob eandem rationem.

214 Respondeo gratis concedendo tam intellectum, quoniam sensu plura disparata finit attingere posse per modum unius, ut cum intelligimus plures partes per modum unius rotulæ, & unica cognitione, sed tunc talis cognitione respectu partium in confusa, & indistincta, quod si etiam partes illius rotulæ integralis distincte cognoscantur, ut argumentum urgat, tunc nego unam esse cognitionem respectu singularium, sed tot etiam cognitiones, quot partes, ac etiam tot species impressæ; nam experimento patet, cum in prospectu monte habemus, aut campum, non unicam speciem immitti in oculo sed tot, quoniam sunt obiecta vita aliena, nempe speciem floris, alieni animalis, alieni huius, & illius arboris, & deficienti uno ex illis illius obiecti, certe non deficientibus signum evidens non est unam speciem, sed plura; Sed quando etiam concedemus unica visione videri totum montem, vel campum in prospectu positum, & per unum specimen impressum; adhuc consequentia est neganda in populo de speciebus Angelicis, quia ut dicebamus d/p. 6. de anima n. 265, illeraterritorum actus possunt assignari plura inadequata similitudine; adhuc tamen temperit etiam correspondere unum obiectum totale, & adequate, & ceteris est adiquata similitudine, & quod actus sua sunt unitatem, & specificationem, & in qua cetera obiecta inadequata continentur, & tale in causa nostro effet totus mons vel campus, in quo continentur arbores, flores, animalia, &c. sed in populo de speciebus Angelicis nullum assignatur obiectum primum, & adequate, a quo specificetur, ac suam divisionem, ac suam auctoritatem discutuntur, quare tenent Authorum tertius sententiam iam citata art. 1. huius questionis in fine; Supponit autem conclusio Angelos medium numero, sed etiam specie inter se differre, nam si solo numero inter se different, ut facit probabile dictum est quæst. 1. huius disputationis n. 16. opus minimus est Angelos perfectiores secundum gradum individualis naturæ per pauciores, ac universaliores species intellegi, etenim à Thomistis hæc universalitas speciem maior in Angelo perfectiori ponitur ob maiorem unius præ aliis perfectiorum species; supponit insuper universalitatem huiusmodi speciem esse possibilem, nam ipsa negata, neque questione habet locum; unde quoniam potuisse ab hac questione abstinet, eo quod art. preced. possibiliter talium specierum existere, placuit nihilominus eam exigit ex hypothesi, quod tales species dentur in Angelis, ut magis confit quoniam libelus fulcris nixa sit Thomistica doctrina in hac materia.

Primum itaque probatur ex Scoto loc. cit. id enim affteritur à Thomistis ad salvandum superioritatem, & maiorem perfectionem specificam Angelis intelligentis, sicut dicit D. Thomas affirmat in hac q. 55. art. 3. quod Angelus quo superiores, & perfectiores, vel quoniam aliquis est Deo propinquior in natura, tamen habet species universaliores, & ad plura se extendentes; Sed in dicto Doctor hoc totum falsum posse per hoc precise, quod Angelus superior perfectius intensivè intelligatur per eadem species quoniam

Disputatio Secunda De. Angelis.

quam inferior, nimirum citius, clarus, & limpidus, non vero extensivus, & per pauciores species; ut etiam Vasquez adiota vid. *dis. p. 203. q. 4.2.* ergo sine fine sufficiunt fundamento id afferatur a Thomistis, probatur minor, quoniam universaliter species dicuntur, quae perfectior, perfectior autem potest esse una species, quam alia, dupliciter, scilicet vel quatenus plura representant, vel quatenus illa eadem representant, quae interior, sed clarus, atque limpidus, & hoc concedunt etiam ex Adversariis nonnullis, ut Malonius *dis. p. 23. t. 2.* in fine, qua ratione ibi concedit, quod si producatur Angelus superior supremo nunc existente, intelligere potest per tot species, per quos inferior, sed clarus, & limpidus; quo pacto adhuc salvaretur, quod est perfectio naturae, & quod per species perfectiores intelligetur, quod dicitur in eo calo, dici potest deo de omnibus Angelis ergo fine fundamento afferitur, quod Angelus perfectio per pauciores species intelligatur, ac magis universaliter in representando. Addit ulterius Vasquez, quod Angelus perfectio, in natura perfectius intelligent, atque eo propter ex species intelligibilis intensivus perfectioribus; siquidem perfectior intellectus cum equali specie perfectius intelligit, co quod ea utrum tamquam instrumento juxta suam efficacitatem, & virtutem, sit in nobis quoque confitit; & has iusta ratione Angelus superioris naturae ex magis assimilatur Deo, qui perfectius intelligit, ergo opus non est in eo magis assimilari, quod per species perfectiores, vel pauciores cognoscere.

218 Respondeat Suarez cap. 1.5. in fine, quod Deus, quia est summe intellectus non solum clarissimum, sed etiam universalissimum, ac simplicissimum cognoscendum modum habet & Angelis, quia in gradu intelligendi Deo proxime aequaliter, illas omnes perfectiones intelligendi sunt omni universalitate aliquo modo participantes, & consequentes Angeli perfectiores, quia Deo propinquiores, adhuc potior modo tales proprietates participare debent; tum quia non minus pertinet ad excellentiam intellectualis naturae unico, ac simplici principio plura penetrare, quam singula clarus, & exactius cognoscere, ergo perfectior virtus superioris Angelis hunc etiam excellit in universalitate, sicut cum aliis postulat; tum tandem, quia etiam inter homines excellit, ingenii non solum in claritate, sed etiam in universalitate aliquo modo commendatur, quia manus autem intellectus in eo etiam confitit, quod ex uno principio plura cognoscit.

Sed contra, nam ut Doctor 1. *dis. 3. quest. 1. ad 1. primum.* & in proposto etiam adnotavit Arriaga loc. c. ut aliquip res excedat aliam in perfectione, minime opus est, quod eam excedat in omnibus predicatis, sed sufficit, quod excedat in uno, ex quo excellentior, excessus enim, vel ex uno capite resoluta, familiator aliud quod ens creatum Deo magis dicatur appropriquare in perfectione, minime opus est, quod in omnibus illi accedit; sed sufficit quod ad eum accedit in aliqua, eaque excellentior, quod aptissimo exemplo declarat Doctor; actualitas enim est perfectio simpliciter, & simplicitas est perfectio simpliciter, & copio autem convenit major actualitas, licet non maior simplicitas; materia autem licet conveniat simplicitas, non tamen tanta actualitas: quanta convenit compotio; simplicitate autem, & absolute actualitas est perfectio simpliciter, & ita simpliciter perfectius potest esse illud, cui convenit actualitas sine simplicitate, quam illud, cui convenit simplicitas sine actualitate; unde absolute dicti debet illud magis approximari ad Deum in perfectione, In proposto autem inquit Doctor, quod major perfectio in modo intelligendi, & maior propinquitas ad Deum per se consistit in hoc, quod perfectius, clarus, & limpidus penetrerent obiecta, etiam si fiat per plures species; in ista enim limpitudine per se per propinquitas, non autem in universalitate rationum cognoscendi; tunc quia si per ideam plura cognoscere, & non limpidius, utique non perfectius cognoscere, tum quia absolute hoc non est in ratione aliquous naturae creatae, quod una sit plurim contentus, quod eum in universalitate; Quamvis ergo Deus utrque perfectionem in eam continet, tempe & claritatem, & universalitatem intelligenti per unam, & eandem rationem, minime opus est, quod Angelus superior in utraque perfectio ad eum accedit, & alios inferiores excedat, sed sufficit, quod in aliqua ad eum accedit, & illos excedat, quae perfectiori; talis autem est limpida, & claritas in intelligendo, sive intellectio plurium fiat per unam dumtaxat intelligentia rationem, five per plures, evenim ut ipse Doctor adveretur in sua questione ab initio in argumento ad oppositum, intellectus divinus secundum multos plura intelligi distinet per plures rationes respectu plurium intelligibilium, & propter hoc ponit ab eius necessitate dicarum in intellectu divino ergo comparando invicem has duas perfections nempe claritatem, & universalitatem intelligenti plura per eandem rationem, major perfectio est illa, quia ea ab omnibus tributur Deo, non autem ista; quia ratione etiam negari debet, quod addebat Suarez, non minus pertinere ad ex-

cellentiam intellectualis naturae unico, ac simplici principio plura penetrare, quam singula clarus, & exactius cognoscere; magis enim hoc pertinet, quam illud, id est sufficiit, ut Angelus magis ad Deum accedit in hac perfectione ad hoc, ut alios inferiores absolute excedere dieatur.

Negat tandem etiam Doctor, quod intellectus humanae perspicienciae plura intelligat per unam rationem intelligendi, vel cognoscendi, quam minus perpicax, sed tot species cognoscibilium habet intensior, quod tardior, tamen clarus per illas cognoscit obiecta, & citius uitum eis componendo hoc obiectum cum illo, & discurrendo ob uno cognito ad illud; sed ex limpideitate maiori, & velocitate non potest concludi, quod per pauciores rationes intelligat. Dices, negat non potest accutio per pauciores rationes intelligat, per quod obiectum paucioribus principiis plus intelligere, quam rudoire, & ex eodem principio profundius penetrato plures deducere conclusiones, ergo etiam Angelus paucioribus principiis, & speciesbus intelligit, quo superior est. Respondet diversum esse rationem de principiis respectu plurium conclusionum, & speciesbus respectu plurium obiectorum, nam plures conclusiones virtualiter contineri possunt in eodem principio proper aliam connexione, quam habeant in eo, at non ita plura, & disparate obiecta contineri possunt in eadem specie in effigie intelligibili, quia assignari nequit aliqua connexio, quam habeant in uno primo, & adequare obiecto, ut confit ex dictis.

Respondeat proinde Amicus *sest. 10.* negat omninem, quia omnes Angeli intelligent a que cito, omnes sicutidem intelligent per species proprias, & ab illo impedimento, tunc quia sola maior limpida, seu claritas intelligenti non sufficit ad distinguendam specificem operationem unius Angelii ab operatione alterius; sola enim maior claritas in intelligendo non inventa differentiam, sed folium intendit speciem intra eundem gradum specifica perfectionis. Sed in primis falsum est, quod omnes Angeli intelligent a que cito, quamvis enim omnes intelligent per proprias species, ab illo impedimento, quia tamen Angelus superior habet intellectus perfectioris, quam inferior, atque idem maioris virtutis, & efficacia, consequenter potest magis expediri, & celitus uti suis speciebus propriis, quam Angelus inferior, ceteris enim partibus intellectus perfectior ob malorem activitatem utitur & expeditius habens mox operandum, quam intellectus imperfectior, & hoc quoniam pater in nobis, ubi intellectus non est nisi alio perfectior, nisi intra eundem gradum specifica perfectionis, ergo tanto magis verum erit de intellectibus Angelicis, qui ab Adversariis supponuntur differre secundum magis, & minus etiam secundum gradum specifica perfectionis.

Falsum quoque est absolute loquendo foliam maiorem claritatem non invenire specificam differentiam, sed tantum maiorem perfectionem intra eundem gradum specifica perfectionis licet enim verum sit magis, & minus non variare species, quemadmodum continentur inter latitudinem euidem specifica perfectionis, tamen quando haec gradum in qualitatibus provenit ex inqualitatibus differentiarum effluentium, sicut est in casu nostro, si intellectus Michaelis v.g. & Gabrielis ponantur species distinguiri, folium est magis, & minus non variare species, etiam Philothei ex maiori, & minori efficacie, & activitate formularum colligere solent a posteriori specificam eorum diversitatem in perfectione; & hoc dictum sit de maior, vel minori claritate in intelligendo, quatenus provenit ex parte intellectus Angelicis; Quod si sermo sit de maior, vel minori claritate speciem in representando eadem obiecta magis, vel minus clarus, concedendum est hanc maioritatem, vel minoritatem non inducere specificam distinctionem inter ipsas species intelligibilium eorumdem obiectorum, quibus specificantur; sed licet ex hoc capite, species non distinguuntur operatio Angelii superioris ab operatione inferiori, sicutiam tamen distinguuntur ex maior, vel minori claritate, prout provenit ab intellectibus eorum, qui supponuntur species distinctae. Demum si negaret intellectus Angelii superioris esse species diversam ab intellectu inferiori, ut Sotus ipse tener probabilitatem de intellectu Angelico, & humano 2. *dis. 3. q. 6. 5.* potest etiam addi tunc consequenter negandum est operatione unius species differe ab operatione alterius, quando sunt circa idem obiectum, quia tunc ex parte nullius principii haberent, unde sic distinguenter.

Secundo, ex opposita sententia sequeretur, quod tandem, vel de facto devenerimus ad Angelum supremum, vel falso posse deveneri ad aliquem possibiliter est perfectum, ut omnia intelligenter per se sunt substantiam, quod tamen est Dei proprium, ut nulli creature sit concedendum, probatur consequentia: nam ponatur v.g. supremus Angelus intelligere omnem de facto existentiam per decem species creati posset alius superior, & superior, qui intelligenter per species pauciores, & pauciorum, ex quo tandem devenerit ad aliquem, qui omnem intel-

Quæst. VII. De Universalitate specierum in reprobatione. Art. VII.

Intelligeret per unam speciem, quo dato adhuc creari posset futurum alteri, qui omnem intelligenter per suam elementum cum supra modum intelligendi per unam speciem omnia non detur, aliis modus intelligendi eadem omnia perfectior, & universalius, quam per propriam essentiam.

Hoc argumentum Thomistis adeo molestem est, ut erit ab his insolubile existinatur, ut fateatur Jo. de S. Thom. loc. cit. Respondent itaque primo ad evitandas replicas, quae fieri solent, in eo calo præstantiam illius Angelorum superius in intelligendo non confundere in eo, quod per pauciores species intelligatur, quam inferior sibi immutatus, sed in eo, quod eadem obiecta perpicacius cognoscit vel præstantior modo attingat per aquales species, ita Malonius loc. cit. Sed haec responsio non recipitur ab aliis, quia sic dicendo jam credunt argumentum, nec amplius defendunt Angelum, qui superior est, debet per pauciores, ac universaliores species intelligere, in modo est id, quod contraria Thomistis deducuntur in primo argumen to, quod sufficenter salvatur superioritas, & perfectio elementalis unius Angelii supra aliud per intelligere perfectius, etiam, & limpidus cum equalibus speciesbus. Respondent proinde alii negando quancumque superioritatem sufficiunt, ut unius Angelis intelligitur per species eque universales, sed unum clarus, & limpidus alio secundum quod unius exceedit alium in specifica perfectione intra eundem ordinem hierarchicam & ita continget in prædicto casu, quia Angelus ille supremus est alii secundum supremi ordinis, ita Heretici, Agidiani, Ferratiensis, & alii Verum neq; hec soluto & ex parte contentibus quamlibet superioritatem etiam speciem intrinsecam ad eundem ordinem hierarchicum sufficiunt, ut per species universaliores intelligatur, haec enim fine dubio fuit sententia S. Thoma in hac *quaest. 3. art. 3.* ubi absolvitur, & fine distinctione doceat, quod Angelus qui superior est per pauciores species intelligit; etiam autem etiam si non hierarchia, aut ordinis, sed etiam speciei iniqui, & superior sit; Et planè, ut in jo. de S. Thoma sic respondens exvertitur omne fundamentum ponendi pauciores species in Angelis, quanto sunt superiores, & folium pro libito, & dividendo potest assignari, quibus Angelis convenienter uti species euident universalitatis, & quibus non; Et tamen admittendum, quod ad salvandam petitionem maiorem speciei cum unius superius sufficit folium, quod intelligit clarus, & limpidus, licet per aquales species, jam nobis concedunt, quod primum argumentum comprehendat.

221 Ideo alii communiter respondent cum Cajetano, quod in eo casu Deus debet infundere Angelum, qui alias erat supponens, speciem representativam Angelii, quoniam creatus est supponens, & ita intelligenter per duas species, per unam quidem omnia sibi inferiora, quam prius habebat, per aliam vero de novo receperat Angelum sibi superiorem de novo creatum, quia omnia sibi inferiora per unicam tantum speciem intelligenter etiam illius eundem Angelum, qui jam supremus erat, scilicet vero per essentiam suam, & in hunc modum salvant, quod universaliter quo Angelus est superior, & per universalia, & pauciores species intelligatur, & haec est communior responsum inter Thomistis; Vulpes art. 8. valde officianter hanc Cajetani responsum refert, tanquam si dissenseret nunquam oportere dat Angelum supremum intelligentem per unicam speciem, sed ad minus per duas; unde cum impugnando aerem verberat; Melius impugnat Rada, quia ait ut ingenio fatetur jo. de S. Thom. loc. cit.

Tertio tandem ex proximè dictis deducunt alii argumentum non minus efficax; cum enim inconveniens sit infirmum Angelum de facto existentem per unam tantum speciem omnia, quia infra ipsum sunt, cognoscere; dicendum est, quod singulas naturas intelligere per singulas species illas representant, cum tuis individuis de facto existentibus; sed si creaturae angelus Angelus inferior infinitimo modo existente, hic non potest habere species minus universales, nam minus universalis est, quia unam tamen representant naturam cum tuis individuis, ergo tam infinitus Angelus modo existens, quam inferior infinito modo intelligi per species eque universales; atque ita producendo verius infimum, tamen infinitum in Angelis non quia ita bene distributum possunt species eis infuse, ut superiores intelligant per species pauciores, & universaliores, & inferiores per plures & minus universales. Respondent Amicus, Lezana, & alii negando invenientem cum ejus probatio ne, ut enim Deus, qui omnia in lumina proportione produxit, casu in Angelis quoque servet, existendum est ita Angelos inferiores condidisse, ut nullus cognoscat unica specie naturam specificam cum omnibus individualibus taliter possibilibus, sed cum pluribus, vel paucioribus multo majorere, vel minorere ipsorum perfectionem; atque ita dari locum ut produceret alios Angelos inferiores in modo modo existente, sibi cognoscere illa individua per plures species. Sed contra, quia ad concludendum intentum sufficit, quod Angelus infinitus modo existens per unam speciem cognoscat unam naturam specificam superius ordinis, implicat enim eis speciem inferioris ordinis, & representare plura superioria, ita Nazarius controver. 2. jo. de S. Thom. art. 4. ou. n. 25. & alii.

222 Hec tamen responsum argutius adhuc impugnari potest, quia si Angelus supremus cognoscit omnia sibi inferiora tam ipsius natura, quam corporalia per unicam species & creato superius

Disputatio Secunda. De Angelis.

Infini Angeli modo existentis, cum parvioribus tamen individuus respectu Angeli superioris; Non, inquam, consequenter loquuntur, quoniam superius *scilicet* 8. n. 1. 36. ad argumentum, quo Scotus urgebat non posse speciem intelligibilem nature specificam representare diffinire individua, cum ea confusus tantum & potentialiter consistat; id ab solute negatione de speciebus Angelicis infinitis quia representant naturas quoad ultimum gradum individualizationis; neque dicuntur universales, quia representant solum gradum genericum, vel specificum naturae, sed quia extensim ad plures individus naturas representantur; quan incoherentes incurvantur etiam Suarez, & alii distinguentes species Angelicas in magis, vel minus universales in ordine ad individua, quatenus species ejusdem quidditatis in Angelo superiori representant plura ejusdem naturae individua, in interiori vero pauciora; Hoc enim directe deinde doctrinam eorum supra relationem 197. qua explicari fatigabant unitatem ex aliqua convenientia, vel propinquitate inter res per easdem species representatas, vel in modo effendi, vel in aliqua huiusmodi conditione, ratione cuius magis apta sunt inter se uniti in unius speciei representatione, quam cum aliis rebus per aliam speciem representantur, cum ergo omnia individua ejusdem speciei talem habent inter convenientiam, & propinquitatem; inquit ponunt species ejusdem nature in Angelo superiori representant plura individua, & in inferiori minoria; quia ex parte ipsius omnia sunt & quae simul representabilia.

ARTICULUS OCTAVUS.

Solumniter Objectiones:

Non oppositum. Primum obiectum auctoritatem Dionysii cap. 12. celestis hierarchie, ubi ait Angelos superiores habere universalium scientiam, inferioresque participare scientiam Angelorum superiorum, modo ramen inferiori; & minus universalia. Non logique est de scientia superioris, qui inferiores illuminantur a superioribus, nam ibidem subdit easdem proprietates, quas habent superiores, habere quoque inferiores, licet modo dissimili & inferiores, cum tamen non carent scientiam supernaturalem habent superiores, & inferiores, multa enim per revelationes cognoscunt superiores, quae ignorant inferiores; Id probant ex auctore libelli de causis inter operationes Artificis dicente, Angelos superiores habete formas magis universales. Respondeo Doctor, quod ubi una translatio habebat *universalem* alia habet *totalem*, ita autem totalitas est perfectionis, & limpiditas & intensiois eius, quod cognitio sit limpida, ac intensior; non autem consut in hoc, quod una ratio fit unatio cognoscendi plura, quam alii, quia hoc est & quale in omnibus intellectu, quilibet enim respectu plura objectorum requirit proprias rationes. Sic etiam Val. inquit Dionysium, ibi docuisse solidam scientiam superiorum Angelorum esse *universalem*, hoc est plurimum rerum scientiarum habere, quam inferiores, quod probat ex translatione Relationis; inferiores autem pauciora scientia, & eorum scientiam appellavit patrem scientiam Angelorum superiorum, quam antiqua traditio particulariter scientiam vocavit; minime autem intendit, quod Angelos superiores illa plura intelligent per unam speciem; Librum autem illum de causis cum Scoto minoris est auctoritatem, quam ut opinio Thomistorum eo fit comprobanda; & Scotus etiam adhuc forte illud auctorum in intellectu de intelligentia prima. Id etiam cum Dionysii auctoritatem expicit Article. m. 16. ut scilicet loquatur solum de majori perfectione in cognitione, ut dicitur Scotus, aut vis, de maior pluralitate cognitionis, ut Vazquez; non tamen de species, quia ibi de his nihil influat, sicutdem pars scientiarum attenditur ad explicandam majorum unius scientiarum praeceps, quod unus plura nolet uno actu, alter duabus parum enim est nolece uno, aut duobus, si idem nolet, ergo & quoque claret.

Sed hanc expositionem Vazquez reficit Joan. de S. Th. cum Suarez loc. cit. nam in rerum naturalium scientia, de qua ibi loquitur Dionysius, non attinguntur superiores Angelorum aliqua objecta, quia non attinguntur ab inferioribus, non ergo ex parte rerum cognitarum differunt est in Angelo inferiore, quam pauciora intelligentia objecta, quam superior, sed in modo intelligentia, quam superioris magis universaliter, seu per pauciores species, & magis unitate intelligentia, quam inferior, quod confitit initium ex aliis verbis Dionysii in codem libro c. 10. ubi explicatur, quod eadem scientiae inferiores, quae superiores, sed non eodem modo, & sic in diversitate modi cognoscendi diversitas est, non in paucitate cognitionis. Quod clarior aspicit testimonio Iuris confirmatur ejusdem Dionysii in codem libro c. 15. ubi exemplo denunt dividentium cibum ait, Angelum dividere unicam intelligentiam in aliis, quae propter inferiores, ut illi, quae cognoscere; et ergo tamen magis particulares species esse in inferioribus.

Quæst. VII. De Universalitate specierum in representando. Art. VI. II.

hierarchia dum ajebat Angelos non congregare divinas illuminationes, vel noctitiam divinam ex sensibilibus. Deinde paulo infra loquens de scientia rerum naturalium, explicans prius quomodo haec nolectantur a Deo, inquit quod Deus cuncta cognoscit non rerum, sed sui profecta scientia, non singula ex cuiusque specie ducens, sed secundum unicam causam complexiōnem, materialia sine materia & individua quia divisionem admittunt, & unicæ plurima uno ipso cuncta sciens, & profecta postea immediata explicans mos humum, quo haec nolectur ab Angelis inquit, *Namque & Angelos en se, que in terra sunt, scriptura testatur, non ea sensibiles, que quidem sensibilia sunt, sed propria ad Deum imaginem effecta mentis virtute, atque natura, ubi vides non negat Angelos haec naturalia coquolere per proprias species ab ipsi acceptas, sed folium quod eis non haurient medius sensibus, sicut nos, sed immediate virtus proprii intellectus, & mentis ad imaginem Dei formatas, in quo obiecta particularia illarum plurium specierum perfecte continentur, quod in tebus creatis affixari nequit; Neque opofitum probat exemplum illud de sensu communis, quia talium est, ut dicit, quia sensibus exterioribus per diversas species percipiuntur, per unicam speciem percipi a sensu communis; neque dicit omnium eorum habuisse species a Deo infusas, plures quidem, & magis particulares Angelos inferiores, pauiores vero ad magis universales Angelos superiores, ut aujant Thomistæ, unde patet hunc quo locum magis nobis favere, quam illis.*

Secondum Ioan. de S. Th. fundatum hæc sententia definit ex eo, quod species representativa obiectorum possunt esse magis, vel minus, & immaterialis, quam alia, justa quod intellectus ipse quem actuam magis immaterialis, & spiritualis est, & conqueper potest esse plurimum obiectum, vel pauciorum representativa, quandoquidem sub maiori immaterialitate plura representant, quoniam sub alteriori ratione plura adnatum, quod quidem fundamentum ibi fusè pronponit, & est illud idem, quod Scotus ipse adducit pro opinione D. Thomæ, quod aliquia species est in aliquo immateriali, sive actualiori tanto plura representant, ut patet de specie in sensu,phantasia, & intellectu; nam in sensu externo unum duntaxat representativum obiectum, in sensu vero interno plura representant obiecta diverorum sensuum exterorum, & adhuc plura in intellectu; ergo pariter in proprio species, quæ erit in Angelo superiori, utpote actualiori, erit ratio cognoscendi plura, quam in inferiori. Quid alio confirmant ex familiari axiome, quod virtutes divisa, & dispersa in inferioribus causis uniuersit in una virtute superioris causa; quod etiam explicant exemplum sensus communis; qui per unicam speciem potest cognoscere plura obiecta sensuum exterorum per species distinctas representatas, in quo axiomate Malonius loc. cit. totum tundat oppititum fementiam.

Respondeo quavis ad hoc satis constare ex dictis in deductione primæ rationis per nostra conclusione, ubi ostendimus est opus non esse Angelos assimilari Deo secundum omnes perfectiones, sed in his, quæ creare & communicari possunt; quals non est intellegere omnia fibi inferiora per unicam rationem, quia hoc fit Deo competit; ita neque etiam opus est assimilari in omnibus perfectionibus, quæ sunt creature communicabiles, quæ est generare fibi simile in natura, quæ perfectio suo modo est operari homini, & ceteris animalibus, & nullo modo Angelis; sed sufficit quod assimilentur in aliquibus omniam excellenteribus, & perfectioribus; & si in proprio Angelis, ut entia propinquiora Deo, assimilantur ei in entitate & actualitate propriei nature, ac etiam in modo intelligendi intensivè, ac extensivè, quatenus plura intelligunt, eaque clarus, & perfectus, quam carcer creature; sed non per pauciores rationes, quia hoc non est possibile creature; & quando est possibile, nalla est ratio cogens, vel auctoritate convincens, quod Angelus tributari, quia si per impossibile illa species, quæ est in sensu, est inphantasia, & illa, quæ est inphantasia, est in intellectu, non representat perfectio quod extendit, ita quod est ratio cognoscendi plurimum non igitur ex sola immaterialitate, vel actualitate majori recipientis potest concludi major actualitas species receptae in representando, sed hoc attendendum est ex natura tantum ipsius species in se; Deinde ille auctor paulo infra explicavit ex Divo. Thoma q. 8. de veritate art. 10. ad 3. unde habent species Angelicæ, quod una, & eadem possit esse ratio plurium representativa, ait habere, quia derivantur a divinis ideis, quæ sunt plurium representativa, sed species intellectus nostri recipiunt ex rebus, tunc non sunt supercedentes rebus, sed illi adaequata quantum ad representationem licet sint excedere ex quod modum postulat, quia immaterialis esse habent, ex quibus verbis, quæ sunt D. Thomæ loco, pater 3. non ex malo, vel minori immaterialitate deducere, quod species plura, vel pauciora representant, neque ex quod recipiuntur in subiecto magis vel minus materialis, sed præcisè quia sunt divinarum idearum participantiales. Tandem in consequence non latius constat, quod intelligere velint per hoc, quod Angelus superior fit actualior, & immaterialior inferiorum sive immaterialitas sumatur pro impenetrabilitate, & cetera partium integralium, ut proprii sumi debet, sicut & Angelum superiore esse immaterialorem inferiori, cum hic quoque sit substantia spiritualis, & corpora omni compositione carens partium integralium, si verò per esse immaterialiorem intelligatur, quod sit perfectior in essentia specifica, utique verum est superiori in actualitate excedeat inferiorum, sed cum talum erit ex majori immaterialitate, si intellectus creatus, & illa plura obiecta sint disparata, & nullo modo invicem subordinata, & in hoc eadem sensu procedit probatio de perfectiori potentia sensitiva servata proportione. Ad confirmationem fater, licet constat ex dictis n. 219.

Mel 4. In Secunda Sententia.